

in ipsis spinis oburentur. **Matth. xx.** Alligate eos in fasciculos ad oburendum. **Medio** criter autem boni edificent sibi domum in purgatorio de triplici materia. scilicet de ligno, feno et stipulavt habeatur. **Chon. iii.** Lignum plus habet de humore quam fenum et ideo tardius obaritur. Fenum plus habet quam stipula; ideo tardius consumitur. Per ista tria notat triplex amor. scilicet carnalitatis ut uxoris et filiorum. Vel cupiditatis ut divitiarum. Vel ambitionis ut honoris. Qui ergo plus vel minus habet de amore carnalitatis. Et cupiditatis vel ambitionis: divitius vel citius vel citissime oburentur. Valde autem boni edificent sibi domum in celo de triplici materia. scilicet auro, argento et lapidibus preciosis. ut habeat. **Chon. iii.** Quod est de amore dei et primi et bonis operibus. Per aurum vero quod est incorruptibile intelligitur amor dei qui nec corrumpitur nec finitur et ei succedit pater possessio. Caritas autem non finitur: sed hic incipit et in celo completur. quia non est aliquid melius quam sibi succedere potest. Per argentum intelligitur amor primi. Sicut enim post aurum nihil est preciosius argento sic post preceptum de dilectione dei nichil est utilius dilectione primi. sicut dicitur. **Matth. xxiii.** Per lapides preciosos intelliguntur bona opera. sic sunt omnia elemosina et ieiunium. Nam qui libet orationem et ieiunium est lapis preciosus. Pauperes enim nos reci-

piunt in domos suas celestes si recipimus eos in domos nostras terrestres. **Aug.** Oia bona sua dominus dedit: divites terrena sed pauperibus celestia. sed deus utrumque saluare constituit. hic divites et pauperes ut utrumque in regno celorum per alium collocaet. ut scilicet divites pauperes hic et illis sustentent et propter pauperes de divites in celum recipiat. ut utrumque per alium salvetur.

Dominica. r.

Sermo primus



Vni appropinquate dominus ihesus in corde. **Lux.** Ex visu cognoscit vitam et ab occurfu faciei cognoscit sensatus. Amicus corporis et risus dentium ingressus huius de illo indicant et enunciant de illo. Ex istis quatuor modis expressus cognoscitur in isto evangelio dicitur. Primo enim ex visu faciei quante fuerit malestatis. quia sancti dicunt quod quidam splendor mirabilis de ore eius processit ita quod nullus in faciem ipsius intueri nec sibi contradicere audebat. Secundo ex amitu quante fuerit iusticie. quia iusticia se induit: quando videntes et omentes de templo eiecit. Unde dicitur **Job** vice simonono capitulo. Iusticia indutus sum. et restitui me sicut